VIII Ex duplici int(er)uallo atq(ue) ses qualtero triplex nascit(ur) int(er)uallu(m).
Sit enim . a . eius q(uo)d e(st) b . duplex . b . aut(em) eius quod e(st) c . sesqualt(er). dico q(uonia)m . a . eius quod e(st) c
triplex e(st). Nam q(uonia)m a . eius quod e(st) . b . duplex e(st) a igitur aequ(alis) est duob(us) . b . Rursus q(uonia)m . b .
eius quod e(st) . c . ses qualt(er) est . b . igitur hab&(et) in se totu(m) . c . & eius dimidia(m) parte(m). Duo igitur . b .
aequis sun(t) tribus . c . Sed duo . b . aequiuenent uni . a . Et unus igitur . a . aequ(alis) e(st) tribus . c . Igitur
a uno . c . triplex est . & in numeris . Sit duplex quide(m) senarius ternario . sesqualter uero
ternarius binario . senarius igitur triplex est binario .



VIII Si ses qualtero interuallo . sesquitertium demptu(m) fuerit interuallum . erit q(uo)d relinquit(ur)
sesquioctauu(m) . Sit enim . a . quidem eius quod e(st) b . sesquit(er)tius . dico q(uonia)m . a . eius quod e(st) c .
sesquioctauus e(st). Q(uonia)m enim . a . eius quod e(st) b . sesqualter e(st) . a . igitur hab&(et) in se . b . & ei(us) dimidia(m)
parte(m). Octo igitur . a . equis sun(t) ad duodecim . b . Rursus q(uonia)m c . eius q(uo)d e(st) b . sesquit(er)tius est
c . igitur hab&(et) in se . b . & t(er)tia(m) eius parte(m). Noue(m) igitur . c . aequis sun(t) ad duodecim . b
duodecim aut(em) . b . aequiuenent ad octo . a . Et octo igitur . a . aequis sun(t) ad noue(m) . c . Igitur . a .
aequ(alis) e(st) . ei q(uo)d est . c . & octaue eius parti . a igitur eius quod e(st) c sesquioctauus est .
Et in numeris . sesqualterum quidem int(er)uallum sit nouenarius ad senariu(m). Sesquit(er)tiu(m)
uero octonarius ad senarium . Noue(m) igitur ad octo sesquioctaua p(ro)portio est .

a . id e(st) . VIIII . ei(us) q(uo)d e(st) . VI . sesqua(lter) . . . u(er)o c . ei(us) q(uo)d e(st) . b . sesq(ui)ter(tius) . id e(st) senar(ius) .

a . XII . B . VIII . C .